1738. Xbre

Almæ Scientiarum, ac meæ Aeternum Venerandæ Matri, Fulgidissimo Hispanorum Syderi Imperiali Vniuersitati Granatensi

// Gloriam, ac Felicitatem perpetuam

Ill.me Domine

Nullibi terrarum (et si ad ignotos Lapones, aut Sinas transferri contigat) splendoris Tui vbique micantis, et Munerum, queis immeritum me affecisti preconem agere, ingratus desistere potero. Viue, et in secula viuas: ut Gloria tua Scientiarum Vindex, et Alumni Tui Disciplinarum Heroes undequaque Mundi cuncta luce et admiratione perfundant.

Tuorum ego inutilissimus Alumnorum et minimus Clientum, quidquid pro vasculo meo haurire, et pro modulo adipisci ex vberrimo tuo licuit pane, numquam non Tibi litare et tua Conatus meos decorare Inscriptione cessabo.

Instituenti ergo Publicæ Hispanorum saluti, et Professionis meæ vtilitati vacans Litteratorum Medicorum inire Commercium et Annuas Regni Constitutiones sigillatim conscribere, queis uno intuitu (Exterorum fere omnium Europæ Nationum exemplo) Vniuersus Regni quoad salutem, quotannis sistatur status. quod id firmioribus innitatur fulcris, desideriis mei spul-

men in Libello hoc Exaravi, et Omnes Universitates Hispaniae
(postquam Benignissimo Regi nostro humanissime placuit, et
Archiater Primarius D.D. Cervi effusse Collaudavit) de Instituto,
et Methodo Consulere decrevi: et Sententiam rogare

Et quandoquidem nullus Athenis in Orbe obnoxior, nullus
Submissior ex animi medullis Mecenati, ac parem Compellor, Ipsum
ad tuos visito Pedes, efflagitans, ut si non displicuisse mereatur,
quod agere paro, me Tuo favore, et Adprobatione Correctioneque,
et Documentis non destituas: ut noverint omnes quos Tuis Eroga
re honores Elatus es

Hispani Exterorum Undique in vidra Cinirem Sapimus: nec
nisi Serpendo, aut mendicando, nec nobis Sufficire factos sibi Sua
dent et quod infelicius est, in nobis ipsis aut nobiscum Exorta emu
latio alieno non eget quo viscera nostra discruciet dente.

Uriberse isthec satis superque in hoc Regni Emporio Contemplavi: licuit
Quae Regio (ut haec) aut Senatorio indigent, favores quo plus sera, eo plus atumidis
fortunae Mancipiis invideri solent: et fructu fraudari Quo vero praedonum illis
modi obturentur ovanti Auxiliarum manus praepediantur, hoc unum-
abunde praestabit, si Lyceorum Venerabili Sygmate praemuniatur Incentum
En Illme Domine quod Tuus obnisse rogat Cliens, qui omnis honoris, et
fortunae Meritis Tuis fastigia precatur

Mantuae Carpentanorum Idibus Decemb MDCCXXXVIII

Agosto 1747

Illus. D.ne

Cum Certiorem me fecisset Doctiss.s et honestiss.s D. D.r Bartolomeus Serena, de honore, quo Benignitas Perillustris Dominationis Vestræ, Largitate decorare Statuit hunc Hipocratici Instituti Sectatorem; Nullis perpetratis precibus, Nullisque reportatis meritis, Olim ab Utriusque Siciliæ Rege, motu proprio præelectum, et in Medicum Serenissimæ Suæ Sponsæ, nec non Sobolis Utrorumque fecundæ destinatum: Coactus sum præ admissionis Reverentia, Dominationi perillustri Vestræ Inexplebiles reportare gratias; et quæ in insufficienti Virtute mea comparerant, Servituti vestræ libenter Sacrificare.

In laudem Perillustris academiæ Vestræ Maritimis ut prædicem hic non est Locus; Unum dumtaxat Sincere expono; dum dico, qd Si potentes, et Reges honestatem meam decoravarunt,

Plus his Perillus. Domin.º Vestra fecit confirmando; quoniam in illis anexam invenio Voluntatem Potestati, interautem Conexam Video Prudentiam Voluntati.

Da operam, ~~ut~~ Valeas.

Ex Studio Nostro Neapolis Sexto Idus Augusti Anno Salutis Nostræ Millesimi Septuagentesimi quadragesimi Septimi.

Perillustris Academia Maritensis.

Vestræ Dominationi:

Gratus, Humilis, Obsequens.

Dr. Emanuel Martinez ex Raga

1797 Diciembre

Viro Clarissimo, Doctissimo,

Domino Gregorio-Garcia-Fernandez,

Med^æ^ Doct^i^

Academiæ Hispano-Regiæ Medicæ Madritanæ

cum maxime Actuario, Cet: Cet:

Salutem, et Perrennem

Felicitatem

Responsi inclusi

Auktor.

Ex publicis Regionum Nostrarum novellis elabente Mense Novembri proximus ut didici, Academiam Regiam Medicam Madritanam in Consessu Suo pridie calendas Martii habito Quæstionem de causis frequentiors lethalitatis in dentitione Infantili respondendam proposuisse, Similque Statuisse, quod responsa ad hanc quæstionem Ante ipsas Martii calendas Anni proxime insecuturi ad Te, Vir Clar^æ^ Doct^æ^ forent transmittenda; Statim in illa materia elaboranda Vires meas explorare constitui, cujusque periclitationis effectus est, ut inclusum hisce Litteris Responsum, per Benevolentiam Excellentissimi Domini Majestatis Regiæ Catholicæ nostrâ in Republicâ cum maxime Legati, Simul cum Suis ad Aulam Regiam litteris, ad Te qq transferatur, et quale Responsum placido Almæ, Serenissimeque Academiæ Regiæ examini Submittit, Tibique Vir Clar^æ^ Doct^æ^ totique Academiæ Deum T: O: M: Protectorem Largissimum; Regiamque Majestatem Tutorem Felicissimum; nullisque humanarum rerum vicissitudinibus unquam imminuendam gloriam apprecatur

Auctor.

Scriptum Ex Museo
In Republicâ Batavâ
XXV Decembri MDCCXCVII.

1797

Viro Clarissimo Doctissimo

Domino G. G. Fernandez

Med.ᵒ D.ʳⁱ Academiae Regiae Medicae

Madritanae Actuario.

41